e-codices

Sex proportiones sesquioctave maiores sunt uno duplici intervallo. Sit enim quidam numerus A. huius autem sit sesquioctavus B. huius autem sesquioctavus C. Huius autem sesquioctavus D. Et huius sesquioctavus F. eique sesquioctavus G. atque huius sesquioctavus K. et id autem fiat secundum descriptum in arithmetica modum et sint numeri.
A B C D E G K. Et sit A. CCLXII. C. XLIIII. huius autem sesquioctavus qui est B. CC. XCIIII. DCCCCXII huius autem sesquioctavus qui est C. CCCXXXI. DCCLXXVI; huius autem sesquioctavus qui est D. CCCLXXIII. CCXLVIII. huius autem sesquioctavus qui est E CCCCXVIIII DCCCCIIII. Huius autem sesquioctavus qui est G CCCCLXXII. CCCXCII. huius autem sesquioctavus K. DXXXI. CCCCXLI. et DXXXI. CCCCXLI. quod est K. plusquam duplices. ad ducentis LX duobus milibus centum quadraginta quattuor. quod est A. Sex igitur sesquioctave proportiones maiores sunt uno duplici intervallo.



License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 100 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/fr/sbe/0298/100)